400

semper in primo Citationis termino tanquam peremptorio stare, iuri parere, respondere, Vadium et Iudicium luere, Inscriptioni huic Satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seque ac suos Successores ad ea omnia inscribit et obligat praesentibus, illum Terminum primum peremptorium, et alios omnes exinde consequentes, cau[sae] eiusque terminos semper peremptorios Vera infirmitate, maiori metu, veritate Successorum, Legione intra vel extra Regnum, Servitio militari, ad Munimenta, ad Eructorem vel alijs quibusvis dilationibus et Legalibus impedimentis non differendo, ad Quietationem praesentem Ultra proximos officij praesentis Castrensis Capitanealis Premysliensis Terminos, dilationem sibi non recipiendo, nullisque Motiones, appellationes, ac earum prosequutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis Simplicibus vel triplicatis, Evasionibus, Suspensionibus, paralijs Iuris, protectione Terrae, bello, conventiones, ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia et singula mediante.

Iaworski Czernakowicz

1009 # Consorti Reformat.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Nobilis Hrehorius Czerwakowicz Iaworski, olim Nobilis Theodori Iaworski Czernakowicz Filius, Sanus mente et corpore existens, a Terris, Debitis, Iuribus Iurisdictionibus suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi

Capreatus Premysliensis Iurisdictioni, quo ad Actum hunc attinet, se, cum Successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus totaliter ac plenarie inscribendo atque subjiciendo palam libere, publice, ac per expressum recognovit. Quia ipse Nobilis Marianna Wolosianska, Nobilis Pauli Wolosianski, cum Nobili Anastasia Koblanska, consorte ejus legitima procreata Filia, sui vero Recognoscentis consortis legitimae cunctis praesens, Summam Ducentorum florenorum polonicalium ratione verae Dotis et Expeditionis post ipsam acceptae et in domum suam importatae, necnon alteram similem Summam Ducentorum florenorum polonicalium rationi certi, veri, iusti et liquidi dotalitii in et super tota et integra medietate bonorum suorum generaliter omnium haereditariorum et obligatoriorum mobilium et immobilium, summarumque quarumvis pecuniariarum, necnon Auri, argenti, clenodiorum Unionum, margaritharum, vestium, vestimentorum, stanni, aeris, cupri, orichalci, pecorum, pecudum, Equorum, Equitarum, ac totius supellectilis domesticae, nunc habitae, et in post habendae, dedit, dotavit, dotalitiavit, inscripsit et reformavit, prout dat, dotat, dotalitiat, inscribit et reformat praesentibus per ipsam Nobilem Mariannam Wolosianska, sui Recognoscentis consortem legitimam, et ipsius posteros, eandem Medietatem bonorum suorum generaliter omnium cum Universis ipsorum Utilitatibus et Usufructibus competentibus, tamque ex praerogativa quavis tenendi, habendi, et possidendi, ipsisque quiete et pacifice utifruendi ac ad usus suos et suorum Successorum quosvis beneplacitos libere et effectualiter convertendi, vigore ac more aliarum Reformationum, fieri tenerique et dari in Regno Poloniae observari solitarum.